

Zeitschrift: Museum Helveticum ad juvandas literas in publicos usus apertum
Herausgeber: Litteris Conradi Orellii et Soc.
Band: - (1752)
Heft: 27

Buchbesprechung: Nova litteraria

Autor: [s.n.]

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

Download PDF: 01.02.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

NOVA LITTERARIA.

TURICUM. In publicam lucem heic prodierunt
Exercitationes Scholasticæ sequentes :

1. Dissertatio philosophica de multiplici Philo-
sophiæ, imprimis Logices & Metaphysices Usu:
quam sub Præsidio Cl. V. DAVID LAVATERI,
Phil. Prof. Ord. pro consequendo Examine Philos.
tuebantur IX. Candidati. Tiguri. 1752. 4. plag.
2½. Post præmissam Philosophiæ laudem, &
Logices ac Metaphysices definitionem, harumque
Disciplinarum usum generatim spectatum, V. Cl.
insignem earum in Theologia dogmatica, polemi-
ca, morali usum a §. IV. usque ad §. X. decla-
rat: Easque commendat §. V. ab usu, quem
præstant in Notis veræ Revelationis diacriticis
subministrandis: Item §. XI. tanquam Subsidium
in Analyfi librorum S. Scripturæ & Arte concio-
nandi multo cum fructu adhibendum. Denique
post leviter indicatum Philosophiæ usum in Ju-
risprudentia & Medicina §. XII. in reliqua parte
Dissertationis versatur in discutienda ejus Philoso-
phiæ ratione, a cujus studio S. Paulus Apostolus
Christianos avocare annititur, ac veræ Philoso-
phiæ studium S. Pauli exemplo multum commen-
dari ostendit.

2. Meditationis de pia & circumspecta in tra-
dendis sanctioribus Disciplinis sectanda SIMPLI-
CITATE. Pars V. quam Præside V. Cl. J. JAC.
ZIMMERMANNO, *S. Theol. Prof.* postridie Sy-
nodi Autumnalis propugnarunt Respondens *Casp.*
Hessius, V. D. M. & Assumens *Henr. Reutlingerus,*
S. Theol. Candid. Tiguri 1752. 4. plag. 5. Agit
V. Cl.

V. Cl. in hac Differtatione de Simplicitate in tradenda Theologia thetica seu Dogmatica observanda : Ubi §. II. laudabilem & necessarium eorum esse laborem, qui Systemata adornarunt, ea tamen sua habere commoda & incommoda, docet. Indicatis deinde quibusdam Systematum Incommodis, eam Quæstionem §. III. movet; An non salutaria Religionis capita missis ita dictis Systematibus Theologicis ex solis S. Litteris sint haurienda? quam deinceps §. IV. ita expendit, ut Systematum Theologorum, si modo ad veram Simplicitatem revocentur, utilitatem ac necessitatem non spernendam stabiliat. Mox deinde §. V. VI. & VII. quæ in Systematibus Theologiæ Naturalis, atque etiam Revelatæ ad Simplicitatem hanc promovendam spectantia observanda sint certis Articulis comprehensa exponit. §. VIII. Præcipit, inutiles Quæstiones & futes Distinctiones longo annorum usu confirmatas esse evitandas & e Systematibus theologicis eliminandas. Tandem §. IX. agitur de Simplicitate in controversiis rite tractandis diligenter custodienda.

3. Differtationis Theolog. de Christo Jesu ΙΛΑΣΤΗΡΙΩ, Propitiatorio, In Epist. S. Pauli ad Rom. Cap. III. 25. Pars III. quam sub Præsidio Cl. V. J. JAC. LAVATERI, *St. Theol. Prof.* pro consequendo Examine Theologico defendebant VIII. S. M. Candidati. Tiguri. 1752. 4. pl. 4. Summa capita hujus Differtationis sunt. 1. Contenta duarum antecedentium in hunc Locum Differtationum. 2. Argumentum hujus Differtationis versatur in elucidandis verbis Apostoli interjectis, διὰ τὴν πᾶρσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων

των ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ ; quorum verborum tractationem ita instituendam censuit V. Cl. ut 1°. Interpretationem quorundam Theologorum & Interpretum Sacrae Scripturae, qui hæc Apostoli verba intelligunt de Remissione peccatorum, quæ obtigit Fidelibus V. T. in oppositione ad illam, quæ nunc tempore N. T. in illustriore modo ac gradu Fidelibus in Evangelio annuntiata est, proponat. 2°. Rationem hujus Interpretationis breviter examinet, & simul de re ipsa, quæ ex illorum Interpretum hypothese in his Apostoli verbis esset contenta, quasdam adnotationes adjungat. 3°. Aliam verborum Apostoli expositionem subjiciat, quæ simplicissima & hæc est, ut per τὰ προγεγονότα ἁμαρτήματα intelligantur, peccata, quæ ab illis hominibus, qui tunc per Evangelium ad fidem in Christum vocati conversique erant, ante hanc ipsorum Vocationem & Conversionem commissa fuerunt; quæ veteres Theologi designarunt per peccata ante Baptismum commissa : Tempus ergo τῆς ἀνοχῆς τοῦ Θεοῦ, erat tempus, quod Vocationem & Conversionem Fidelium ex Judæis & Gentibus, ad quos Paulus scribit, antecessit. Ideoque πάρεσις est Remissio peccatorum præteritorum h. e. illorum, quæ ab hominibus commissa sunt, cum nondum erant ad Fidem in Christum vocati & conversi. §. XIV. Ostenditur vis & ratio nexus horum verborum Apostoli cum antecedentibus per Particulam Διὰ, propter, vel per, in. Denique §. XV. occurritur objectioni, quod etiam peccata, quæ post Conversionem ac Baptismum commissa sunt, pœnitentibus, inque Christum credentibus vi Promissionis Evangelicæ gratiose a Deo remittantur.

Apud

Apud Denzlerum prostat Tomus VI. Operis vastissimi ac desideratissimi, quod laudabili Res Helvetiorum amplificandi studio suscepit Amplissimus Polyhistor J. JACOBUS LEU, *Senator, ac Quæstor Reip. Turic.* Titulus ita habet: *Allgemeines Helvetisches, Eidgenössisches, oder Schweizerisches LEXICON, in welchem das, was zur wahren Erkenntnis des eh. und disma- ligen Zustandes und der Geschichten dieser Na- tion und Landen: So dann derer darinnen be- findlichen Orten, Geschlechtern und Personen, die sich besonders hervorgethan, erforderlich seyn mag: Aus allen hievon handelnden gedruckten und geschriebenen Büchern, und vielen sonst er- haltenen schriftlichen Nachrichten und Urkunden, in Alphabetischer Ordnung vorgestellt wird von Hans Jacob Leu. VI. Theil. D. bis F. Zürich. 1752. 4.*

Ex Officina Byrklini prodiit: *Singendes und Spielendes Vergnügen reiner Andacht: oder geistreiche Gesänge nach der Wahl des Besten gesammelt, zur Erwekung des innern Christen- thums eingerichtet und mit Musicalischen Com- positionen begleitet von Johannes Schmiedlin, V. D. M. und h. t. Pfarr-Vicario in Dietlikon. Zürich. 1752. 8.*

Ejusd. Litteris exscriptus est Libellus asceti- cus vulgaris sub hac Epigraphe: *Christliche Selbs-Bewährung und geistreiches Nachtmahl- Büchlein, aus Herrn Drelincourts französischem theils übersezt theils mit etlichen Gebättern ver- mehret: Samt der Historie von Christi Mensch-*
wer

werdung, Beschneidung, Leiden, Sterben, Be-
gräbniß, Himmelfahrt, und die Sendung des H.
Heiltes. Mit Kupfern. Zürich. 1752.

Gesneri Officina nobis dedit: Gläubiger
Kranker Seelen-Trost, oder Christliche Aufmun-
terungen, Erinnerungen, Herz-Stärkungen und
Seelen-Gespräche des mit Leibs-Beschwärdten
beladenen Gläubigen, mit seinem Seelen-Arzt
Jesu Christo: Sammt beygefügtten schönen Ge-
sängen und Gebäthen: von Caspar Diebold,
Pfarrer zu Bülach. Zürich. 1752. 12.

Idem quoque Gesnerus curavit: Der XXVste
Psalm Davids, in 22. Predigten zergliedert, er-
klärt und zugeeignet von Joh. Hermann Gro-
nau/ Prediger der Ref. Parochial-Kirche und
des Preuß. Armen-Directorii in Berlin Com-
missarius. Zürich. 1752. 8. plag. 30. Edi-
tionis curam suscepit Autoris Achates V. V. J.
Casp. HULDRICUS, Templi Abbatiss. Pastor.

Heideggeri Officina nobis dedit: Auszug
der Historie aller Zeiten und Völker, des Herrn
Rollin. Aus dem Französischen des Herrn Abts
Tailhie übersezt. Dritter Theil. Zürich. 1752.
8. Progreditur hæc epitome historica a Libr.
XV. usque ad Libr. XXI.

Ead. Officina Heideggeriana nobis dedit no-
vam Telluris Theoriam sub titulo: *Memoires sur
la structure interieure de la Terre*: par M. ELIE
BERTRAND. M. D. S. E. & Membre de
l'Academie Roiale des Sciences de Prusse. à Zurich.

Tom. VII.

G g

1752.

1752. in 8. In hoc Libello I. proponuntur Phænomena interioris Terræ structuræ. II. Hypotheses ex quibus interior Terræ structura hæctenus fuit explicata. III. Hypotheses illas inter se esse combinandas docetur. In fine subjungitur Epistola Autoris Clariss. ad *Formejum*, Acad. Secret. de Diminutione Maris & Origine Montium.

BERNA: Hic quanta mala suadeat Fanaticismus novo exemplo constat: Cujus occasione hæc edita sunt scripta.

1. Das entdeckte Geheimniß der Bosheit in der Brüggler, Secte. Erster Theil. Allwo gehandelt wird, von ihrem Ursprung, von den aufgeworffenen zween Zeugen und derselben Weissagungen und Wundern: Von ihren schädlichen Lehren und schädlichen Thaten; Landes Verweisung und wieder neu angestellten Unfugen: Item, von den groben Ausbrüchen dieser Secte in Ehebruch und Mordthaten und eine Schriftmäßige und gründliche Wiederlegung aller ihrer Meinungen, Irrthümer und Lehren. Zürich. 1753. 8. cum figura. pl. 6.

2. Lebens, Abspruch oder letzte Rede an den unglückseligen Hieronymus Kohler, welcher nach Hoch Oberkeitlich gefälltem Todes- Urtheil wegen seinen mannigfaltigen Verbrechen den 16. Jenner 1753. zu gerechter Straffe soll gezogen werden. Bern bey Gottschall. 1753. 4. plag. 1. Autor gravissimæ hujus Correctionis, quæ etiam in Gallicum Sermonem translata est, est Vir Cl. J. G. ALTMANNUS.

3. Hoch Oberkeitliche Verwahrung wegen Sectirischer Lehr und Versammlungen : Aus Anlaß des jüngstbin exequierten H. R. Kohler von Brügglen publiciret. Bern. 1753. 4.

4. Johann Georg Altmanns / D. G. W. und öffentlichen Lehrers der Griechischen Sprache und der Sitten Lehre : Predigt von den Früchten der Gottseligkeit in diesem und zukünftigen Leben : Ueber 1. Timoth. IV. 8. gehalten in der Grossen Münster-Kirchen zu Bern den 14. Jenner 1753. Aus Anlaß, da des Tags hernach die Hohe Obrigkeit das Todes Urtheil über den unglückseligen Hieronymus Kohler beschlossen. 4.

Superiore anno obitu Viri Clariss. J. ROD. BRUNNERI Cathedra Philosophica in Illustri Bernatum Gymnasio vacua facta est : Pro qua rite consequenda certatim publica Eruditionis Specimina ediderunt, seriem omnium ac materias sorte determinante, Viri Reverendi atque Doctiss.

I. DAVID KOCHER. V. D. M.

A. Prælectione quæ ad *Physices Historiam recentiorum* pertinent præcipua recensens *Inventa* præstantiora &c. Et quid *Mathesis* ad ea contulerit.

B. Quæstiones explicandæ & defendendæ.

1. An sine Logices studio præmissio nulla debeat gustari Scientia & Disciplina?
2. Num una syllogismorum figura sufficiat?
3. Methodus scientifica pariatne majorem certitudinem evidentiamque, an verò potius sit fallax?

4. Facultas res seu ideas retinendi an rectè ad imaginationem referatur?
5. Rectene an secus LOCKIUS ideas negaverit innatas, vel possintne admitti?
6. Possitne ex Vi animæ unica repræsentativa Appetitus & Voluntas deduci?
7. In animalium noxiorum structura artificiosa num solide Auctoris Universi sapientia & bonitas quærantur?
8. Mundus optimus an non sit figmentum vel effugium?
9. Divisio materiæ in eam primi, secundi ac tertii elementi an sit solida?
10. Sitne positis iisdem flamma tempore frigido ardentior quàm calido, & quænam sit ratio?
11. An globi ex Tormento bellico vi pulveris pyrii ejeti calor oriatur ab attritu aëris, quem percurrit; uti statuit Cel. BOERHAAVE *Elem. Chem.* p. 100.?
12. Quomodo fiat, ut, quando æs igne liquefactum aquæ infunditur, cum fragore aqua, æs, vas dijiciantur?
13. Mundus sitne infinitæ extensionis?
14. Luna num Atmosphæra sit stipata?
15. Lunaticorum in Nov. Test. memoratorum morbus num à Lunæ provenerit influxu, & num ab eo solo vel an ab aliis adhuc causis?
16. Quænam sit Salsedinis Maris ratio?
17. Num Philosophia scholastica adhuc alicujus sit Usus, & cujusnam?
18. An *Aretinus* & *Pomponatius* inter Atheos sint referendi?

II. DANIEL SPRYNGLI, *Diac.*
Eccles. Nydeck.

A. Prælectione *Aquarum mineralium & Thermarum*
causas exponens.

B. Quæstiones explicandæ ac defendendæ.

1. Logicæ studium num ad vitæ negotia & Casus magis aptum ac sapientem reddat hominem?
2. Rectène quidam dixerint, plurima, quæ ideas nostras concernunt, adhuc mysteria esse?
3. Hypotheses in Philosophia sintne admittendæ, & an non contra idem, quod Scholasticis objectum fuit, peccent, scil. quod Phœnomeni causa adhuc ignota jam certo designetur nomine, ac inde mox ratio arcessatur?
4. Numerus infinitus sitne possibilis?
5. Cohæisionis particularum in corporibus quænam sit ratio?
6. An non influxus physici sistema adhuc cæteris sit præferendum?
7. Num animæ immortalitas ex ipsa ejus natura possit demonstrari?
8. De Angelis num aliquid ex Ratione innotescat, & quidnam?
9. Rectène an secus Cel. MAUPERTUIS in *essais de Cosmolog.* dicat, quod animalia & plantæ sint machinæ nimis compositæ, earumque partes nimis subtiles, quam ut de sapientia effectoris exinde judicare possimus; tantò magis quod quædam videantur solum inchoata & tentamina?

10. Num omnis materia in perpetuo constituta sit Motu?
11. An ignis omnia, in quæ penetrat, corpora dilatet?
12. Sol tempore Josuæ quomodo stetit censendus sit?
13. Quænam sit ratio ventorum inter Tropicos continuo ab ortu occasum versus spirantium?
14. Metallorum transformatio sitne possibilis?
15. Possitne explicari, quare objecta in oculi fundo inversè depicta tamen recta appareant?
16. Quænam de animalium generatione sententia, WOLFII an VALLISNERII sit præferenda?
17. Ægyptiorum Philosophia num impii aut absurdi quid involverit?
18. An rectè quidam negaverint, quod Athei fuerint theoretici?

III. DANIEL STUDER, V. D. M.

A. Prælectione *Motus Telluris annui & diurni* num rationes reddi possint physicæ, & quænam Hypothesis cæteris sit præferenda, edifferens:

B. Quæstiones explicandæ ac defendendæ:

1. Num Logica veritatem inveniendi facultatem ita conferat, ut, quod veritates novæ in Scientiis fuerint inventæ, ei debeatur?
2. An non consequentiæ immediatæ ratiocinandi Legibus adversentur, hinc nihil probent?
3. Sitne veritatis criterion certum, quando prædicatum per notionem subjecti determinatur?
4. An ullus muneri Philosophiam docendi possit esse aptus, qui non cognitione Scientiarum
phi.

philosophicarum systematicâ, distinctâ, familiari meditatione conjunctâ, polleat?

5. Rectè teneatur, quod animæ natura magis nobis sit nota quam corporis?
6. Num etiam, quæ sensibus percipimus, tamen reverâ mediante syllogismo à nobis fiant, ac talem involvant?
7. Possitne Dei omnimoda simplicitas apodicticè probari?
8. An non, etsi Deus non esset, tamen veritates essent æternæ?
9. Doloris natura num sufficienter indicetur, quando solum in continui solutione consistere dicitur?
10. Saturni annulus cujusnam sit naturæ ac usus?
11. Quænam parheliorum atque coronarum sit causa & natura?
12. Montium origo sitne à diluvio Noachico derivanda?
13. Num aër elasticitatem suam perdere & dein recuperare possit?
14. Siccitas illa tempore Eliæ num juxta rationes physicas vel alias contra Irreligionarios defendi possit?
15. Aqua possitne ad certum solum usque gradum calefieri, ultra quem ejus fervor augeri nequeat, quicumque etiam admoveatur ignis?
16. Quomodo lapides orientur & num crescant?
17. An Stoicorum Fatum consilium & contingentiam everterit?
18. De *Gassendi* Philosophia & ejus in Philosophiam meritis quid sit sentiendum?

IV. NICOLAUS RYZ, V. D. M.
in Diesbach.

A. Prælectione *Caloris causam, affectiones & effectus* exponens.

B. Quæstiones explicandæ ac defendendæ:

1. Ratiociniorum omnium fundamentum sitne principium illud: *quæ conveniunt uni tertio conveniunt inter se & contra &c.* porro an nihil contra id à Scepticis excipi queat, & nullane in ulla Scientia admittatur propositio, per quam axioma id labefactetur?
2. An clara & distincta cognitio sit veritatis criterion?
3. Methodus analytica an synthetica in Scientiis sitne præferenda?
4. Mens humana num pro Tabula rasa haberi possit?
5. Corporis essentia consistatne in extensione?
6. Num enti simplici in genere Vis Mundum sibi repræsentandi attribui possit?
7. Dæmonum operationes credere num Philoso- pho sit dignum?
8. Res semel existentes habeantne continuâ Dei operatione ac Influxu semper opus, adeò ut alias in existendo pergere non possent?
9. Frigoris causæ & affectiones quænam sint?
10. Quænam sit ratio, quare in Machina Papinia- na ossa bovis intra pauca minuta in massam teneram converti possint?
11. An rectè elegantiss. VOLTAIRE ex eo, quod Solis lumen aliquot minutorum spa- tio ad nos perveniat, concludendum velit, illud

illud stellarum fixarum quarundam aliquot annorum spatio demum ad nos pervenire?

12. Quasnam Cometæ habeant revolutionum suarum Leges, & num ab iis sint arcessendi effectus stupendi futuri, conflagrationis Orbis sublunaris?
13. Quomodo Vapores & Halitus oriantur ac eleventur?
14. Fluxus & refluxus Maris quænam sint causæ?
15. Sintne crystalla, quæ in montibus Helvetiorum glacialibus inveniuntur, ex glacie enata?
16. An vitra aut metalla aquam transmittant?
17. Quidnam de Jobi & sodalium Philosophia sit sentiendum?
18. Num *Aristoteles* animæ immortalitatem negaverit nec ne?

V. JOANNES STAPFER, V. D. M.

A. Prælectione *Physices præstantiam* ac usum commendans.

B. Quæstiones explicandæ ac defendendæ :

1. Quomodo Logica optime, ac ut Usum in Scientiis & in vita humana habeat, sit pertractanda?
2. Cognitio mathematica num requiratur in Philosophia & in Philosopho nec ne?
3. Num syllogismus ullus solido possit stare fundamento: cum universalium cognitione destituamur?
4. Principium Ration. suffic. nullamne plane patiatur exceptionem?
5. An inde, quod Objecta Sensibus percepta ni-

- hil perceptionibus nostris simile in se contineant, sequatur, Sensus esse fallaces?
6. Vis inertiae sitne corporibus insita, an vero à gravitate pendeat?
 7. Spiritus finitus quilibet num sociatum sibi habeat tenue corpusculum?
 8. Quomodo Dei existentia optime probetur?
 9. Physica theoretica & magis adhuc experimentalis, num, absque Chemia si sit, dici debeat monocula, absque Mathesi utroque orbata oculo?
 10. Gravitationis causa physica ullane vera hactenus fuerit allata, vel possitne erui, aut sitne ad solam Creatoris voluntatem recurrendum?
 11. Quomodo calor & frigus è sola corporum quorundam inter se permixtione oriri possit?
 12. Astrorum creatio à MOSE recensita num Rationi ac attributis Dei conveniat?
 13. Terræ figura quænam sit, & num ejus axis sit brevior quam diameter æquatoris?
 14. An ignes dentur subterranei, & an in telluris gremio?
 15. Quare corpus duobus oculis objectum duplex tamen non appareat?
 16. Magnetis phænomenon an sufficienter per Cartesii hypothesin explicetur?
 17. Phœnicum Philosophia num Atheismum fovet?
 18. Philosophia Cartesiana plusne damni quàm utilitatis attulerit?

VI. JO. ROD. WALTHER, V. D. M.
in Spietz.

A. Prælectione, quænam in Physices Scientia adhuc
desi.

desiderentur; item num & quomodo spes sit, cognitionem in rebus physicis eo usque fore provehendam, edifferens.

B. Quæstiones explicandæ ac defendendæ :

1. Logica probabilium quoad propositiones num fundamentum habeat ?
2. An non, quæ de variis illis propositionum generibus vel speciebus in Logica præcipiuntur, maximam partem sint inutilia ?
3. Syllogismus sitne medium inveniendi veritatem vel dijudicandi ?
4. Num substantiæ notio, quâ ens Vi agendi intrinseca gaudens notat; cum Dei concursu bene ac prorsus consistere possit ?
5. Idealistarum Dubia num philosophicè solidè solvi possint ?
6. Principium indiscernibil. sitne axioma indubiæ ac universalis veritatis ?
7. Attractio vel Accessus corporum mutuus sitne qualitas occulta ?
8. Brutorum animæ possintne dici ab hominum animabus naturâ & essentia differre ?
9. An bene Cel. MAUPERTUIS *ess. de Cosmol.* contendat, pro Dei existentia probanda melius ad regulas motus quam vero ad Usus ac finem partium, organorum in animalibus recurri : eo quod Athei objicere possint, innumeram individuorum multitudinem fortuito esse ortam, pauca vero ita organis partibusque fuisse instructa, ut se conservare ac propagare potuerint ?
10. Quænam sit genesis, natura & propagatio soni ?

11. Num vi ignis quolibet momento metalla & lapides durissimi in vitrum converti possint?
12. Quemnam Luna in corpus humanum ac Plantas habeat influxum?
13. *Cartesii* vortices involverintne absurdi quid, vel an contra magis quam *Newtoni* gravitationes mutuæ corporum cœlestium se probent?
14. Barometrum sitne montium altitudini mensurandæ aptum?
15. Num artificii illius, quo *Jacobus* quoad oves usus legitur *Genes. 30. 37. seq.* ratio possit reddi physica?
16. An electricitas variis in morbis usui esse possit?
17. De Philosophia atomica quid sit sentiendum?
18. Num Stoicorum Sectæ Atheismus possit exprobrari?

VII. FR. LUDOVIC. ALLEMAND,

V. D. M. in Ormont.

A. Prælectione *Tonitru & Fulminis phænomena* explicans, & num explicationes hæctenus datæ satisfaciant, dijudicans.

B. Quæstiones explicandæ ac defendendæ:

1. Quænam Philosophiam tyronibus tradendi methodus cæteris sit præferenda, num scientifica an vulgaris, vel an communis, item num prolixior an brevior?
2. An Logica probabilium in determinatione gradus probabilitatis historicæ bene applicari possit?

3. Nonne

3. Nonne Philosophi revera Voces mente cassas admittant & consecrent, dum multa negative exprimunt?
4. Num quodlibet corpus Vi gaudeat elastica?
5. Miraculorum actualitas num à Philosophia agnoscatur & exinde probetur?
6. Possitne harmoniæ præstabilitæ hypothesis defendi?
7. Existentia Dei num à priori solidè probetur, & ab entis perfectissimi possibilitate ad ejus existentiam tutò concludatur?
8. An conservatio rectè continua dicatur creatio?
9. Num, quæ de materia interlabente dicuntur, & quod calor inde oriatur, solide ita dicantur?
10. Actio in distans an detur?
11. An ex eo, quòd lumen paucorum solùm minorum spatio inde à Sole ad nos perveniat, sequatur Vacuum esse oportere?
12. Quid de stellis, quæ postquam diu comparuerunt, iterum dein disparent, ut amplius non videantur, sit sentiendum?
13. Quasnam glaciei in montibus glacialibus incrementum & decrementum habeat causas, & an montes hi, glacie ita obducti, semper extiterint?
14. Cur Mercurius in Barometris pluvia instante jam descendat?
15. Frigus an omnia, quæ condensari possunt, corpora condenset?
16. An positis omnibus æqualibus fluida igni imposita in Helvetia citius quam in aliis regionibus ebulliant?

17. An

17. An Pythagoræi, quæ de animarum transmigratione dixerunt, propriè intellexerint?
 18. Quid de Philosophia Mosaica per *Comenium* & *Bayerum* restaurata sit sentiendum?

Ex hisce Viris Clarissimis munus Philosophiæ publice docendæ Illustriss. Senatus Academici Decreto traditum est V. Cl. JO. RODOLPHO WALTHERO, V. D. M. qui hanc Spartam ad d. d. VI. Novembr. Oratione inaugurali adiit, qua docuit *rationem, qua in tradendis Disciplinis, maxime Philosophicis, brevitatis cum soliditate combinari possit.*

Dedit quoque Clariss. ALTMANNUS Eloquentiæ Sacræ, quam hactenus egregiis Exemplis illustraverat, Præceptiones in usum Auditorum suorum, sub hac Epigraphe: *Delineatio Oratoriæ Sacræ* brevibus Præceptis exhibita. Auctore J. G. ALTMANNO. Bernæ. Cum Privilegio Illustriss. Reip. Bernens. 1753. 8. maj.

LAUSANNA. Vir Clariss. J. P. SECRETAN, qui celeberrimo Polyhistori ABRAH. RUCHAT in Cathedra Theologica, præter omnem omnium expectationem, Successor datus est, die XXI. Maji. An. MDCCLI. novum Munus adiit Oratione inaugurali, qua de Controversiis circa Religionem rite tractandis disseruit, ostendens 1.) Quænam sint Controversiarum capita tractanda. 2.) Quomodo sint tractanda. Hanc Orationem sub Dissertationis Academicæ forma superiore anno publice proposuit, quæ Bernæ typis exscripta an. 1752. 4. pl. 4½. Eamque cum Thesisibus
 anne-

annexis publice propugnarunt *Noach. Lud. Bridel, Minnidunens. & J. Franc. Vincentius. Mustruacens.*

Hanc mox deinde excepit altera Disputatio, cujus hic est titulus: *Summa Fidei Christianæ exhibita a J. P. SECRETAN, S. Theol. in Acad. Lausannensi Prof. quam Autore Præside publice defendent A. A. Bridel, Minnidunnens. & Dav. de Sonnaz, Aventicensis. Bernæ. 1752. 4. pl. 4.*

Hic quoque lucem conspexit majoris Operis Differtatio, ut vocatur, Præludialis cum hoc titulo: *D. H. QUIRINI PHILALETIS de Malis ex Ecclesiæ Romanæ Dogmatibus, Disciplina & Praxi Principibus, Reip. Humanæque Societati obvenientibus. Diatribæ XII. Quarum argumenta hæc erunt: I. Diatriba ostendet Oeconomiam illam a Deo definitam & a Redemptore nostro commendatam, procedendi nempe per liberum Rationis exercitium in salutarium Veritatum meditatione, ab Ecclesia Rom. everti ac eliminari. II. Argumentum erit, Religionis Rom. diversitas ab antiqua per Apostolos annunciata, humanis placitis pro genio innixæ: & quod gravissimum est, superstitionibus multiplicibus humanæ Societati noxiis vitiatæ. III. Demonstrabit, Religionis Rom. nervo Salutis viam populis difficiliorem rudiolemque omnino reddi; cum externa quædam devotionis exercitia promoveat, chimericis dotibus tantummodo affecta, vitiorum radices & semina non præcidat, non extinguat. IV. Ad Sanctuarii pondus librando præcipua illius Dogmata, ex eorum origine, cæterisque annexis,*
non.

nonnisi ex pravo superbiae avaritiaeque spiritu, pietatis specie personato, illa processisse (unde prima coepit mali labes) ut temporanea Papae potestas, Ecclesiasticorumque regnum longe lateque protenderetur, caeteris praestaret, opibusque afflueret, compertum reddet & exploratum. V. *Romanensium artes* indicabit, quibus, vel Traditionis beneficio aut fraudum vulgo piarum, quibus indulgent, ope, propria *Dogmata vallare ac propagare* satagunt. VI. *Larvam* praecipuis illius Religionis Patronis detrahet, eosque carnalis prudentiae potius machinamentis & dolis, pestiferaeque Politices canonibus, quam vero Dei justitiaeque zelo instructos exhibebit. VII. Circa *Tirannidem*, quam in bona, in conscientias & in personas Religio. Rom. sibi adjudicat, versabitur. VIII. Palam faciet, quam immaniter *Religio illa temporaneam Principum potestatem parvipendat*, impetat, convellatque. IX. *Persecutionis* cacodaemonem, quo *Religio illa munitur*, indigitabit & execrabitur; quoque nullam non movet machinam, ut seditionibus vel proditionibus ipsi non obtemperantes opprimat. X. *Eam armis stipatam*, quae citra vel minimum incommodum sibi comparare potest, & *bella ausam* perficere, & ipsos Principes morti tradere, in aperto ponet. XI. Praecipua recenset detrimenta juribus Reip. Civili propriis, quibus promovetur, a Rom. Religione illata; quandoquidem illam membris subjectisque destituit, eosque paucos inertes omnino, ignavos, pauperesque reddit. XII. *Religionem Rom. ejusque Praxin*, tanquam *tranquillitati publicae*, paci ac securitati *insensam* apodictice convincet.

BASILEA. Ingentem hæc Academia jacturam fecit, quum Vir summus KOENIGIUS, M. D. & Prof. P. subita apoplexia oppressus e vivis excessit.

2. Hic Typis Pistorianis exscriptus est Libellus sub hoc Titulo : *Scriptores rerum Basiliensium minores*. Vol. I. Complectitur 1.) CHRIST. URSTISII Epitomen Historiæ Basil. 2.) NIC. GERUNG dicti *Blawenstein*, Chronica Episcoporum Basil. e *Codice Monasteriensi*. 3.) AEN. SYLVII Epistolam de Basilea, 4.) AEG. TSCHUDII, *Glaronens*. Delineationem veteris Rauricæ : e MS. translata. Hanc Syllogem recensuit, curavitque Vir Clariss. J. HENR. BRUCKERUS, *Hist. Prof. P.* qui eam etiam proluxa ac multa eruditione critica referta instruxit Præfatione. Basileæ. 8. 1752.

3. *Job. Miltons wieder erobertes Paradies : Nebst desselben Samson ; und einigen andern Gedichten : Wie auch einer Lebens-Beschreibung des Verfassers , aus dem Englischen übersezt. Basel. Verlegt Job. Rud. Imhoff. 1752. 8. Versi-*onem hanc adornavit Vir Clariss. SIMON GRYNÆUS.

4. *Acta Helvetica , Physico-Mathematico Botanico-Medica : Figuris æneis illustrata, & in usus publicos exarata. I. Vol. 4. Continuantur hæc Acta apud Imhof.*

5. Apud Imhof sub prælo sudat : *Le Nouveau Dictionnaire Suisse, François Allemand & Allemand-François : contenant tout les mots usités, & les phrases les plus modernes de deux Langues, de même que tous les Termes de differents Arts,*
Tom. VII. H h Me-

Metiers & Sciences, les noms des principales Villes, Pais, Provinces & Fleuves &c. Le tout selon le style & l'orthographe nouvelle. Par *Francois Louis Poetevin.*

BIENNA. Hic nuperrime nova Editio Agendorum Ecclesiasticorum sive Liturgia Ecclesiae Biennensis nitide typis exscripta est, sub Titulo: *Gebette und Handlungen bey dem öffentlichen Gottesdienst der Kirche zu Biel. Bey Joh. Christoph Heilmann. 1752. in 8. maj.* Hæc nova Editio, quæ Formulas multis modis auctas ac pio studio emendatas repræsentat, multis nominibus se commendat, & sapientem Libertatis Christianæ usum arguit.

GENEVA. Clariss. VERNETO in scio, quamvis non invito opusculum, quod scriptum cum amicis Batavis communicaverat, Hagæ Comitum typis exscriptum est sub hoc titulo: *Lettres sur la coutume moderne d'employer le VOUS au lieu du TU, & sur cette Question: Doit on bannir le TUTeyement de nos Versions, particulièrement de celle de la Bible? à la Haye, chez Dan. Aillaud. 1752. 8. pl. 10½.* Opusculum IX. absolvitur Epistolis. Quarum argumenta hæc sunt: I.) Sur l'origine de la coutume de Vouzeyer, & jusqu'à quel point cet usage a gagné dans le Discours & dans les Ecrits des Nations modernes de l'Europe. II.) Sur l'usage de VOUS & du TOI dans les Traductions des Auteurs profanes. III.) Ou l'on montre, qu'il seroit peut être plus convenable, en traduisant un Livre qui tuteye, de garder le même stile. IV.) Defense des Principes posez dans la Lettre précédente. V.) De ce qui s'est

s'est pratiqué à l'égard du Tuteyement dans les diverses traductions de l'Écriture S. VI.) Ou l'on montre, qu'il n'y a pas de raisons suffisantes, de bienséance, ou de civilité, pour nous faire bannir le Tuteyement de nos Bibles. VII.) Où l'on montre, qu'il n'y a point d'Usage, qui exige, qu'on bannisse le Tuteyement de nos Bibles. VIII.) Où l'on raporte plusieurs témoignages ou plusieurs Lettres, qui confirment le Sentiment qu'on a exposé : par *Mr. de Fontenelle*, par *Mr. le President de Montesquieu*, de *Mr. Tr. Avocat*, de *Mr. Boullier*, Pasteur de l'Eglise Wallone de Londres, de *Mr. le Professeur Formey*, de *Mr. de Superville*, Pasteur de l'Eglise Wallone de Rotterdam. Id unum monere liceat, in *Petri Castellani* Ludo, non longe ab initio, illas in Salutando Vosificationes, tanquam a Latini Sermonis indole alienas & soloecas, attico sale acriter perstringi.

2. Pro Cathedra Mathematica nuper est certatum publicis Thesisibus, palmaque V. Clariss. J. ANDR. TREMBLEY attributa.

CURIA RHÆTORUM. Hic Vir Rever. & doctiss. . . . de PLANTA, qui nuperrime Ecclesiæ in Zizers salutari doctrina informandæ admotus est; luculentam publicavit Disquisitionem de Usu & præstantia Calendarii novi præ Gregoriano: Ubi etiam omnibus, quæ ejus receptionem hætenus impediverunt difficultatibus ita obviam ivit, ut præter pertinaciam nihil habeant reliquum, qui se huic emendationi ulterius opponere volunt.